

LEONARDUS HUNTPICHLER

Österreich (Wien), 1469-1470 Seite 67v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5349
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

De Multitudine demonum

ps Job 19 ps ta Eph vi ps Job xli Eccli 39

~~Multo demonum crudelitas et malicia diuersimode confortatur~~ primo quia multi sunt ps Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me Hinc est quod dicitur Job 19 Obsederunt in giro tabernaculum meum Unde in vitis patrum legitur quod quidam Senex vidit demones circumdantes homines sicut apes: et ergo dicitur in ps Circumdederunt me sicut apes et exarserunt sicut ignis in spinis Secundo quia fortes sunt et potentes quod apostolus innuit Eph vi Ubi vocat eos principes et potestates et mundi rectores et quia tam potentes sunt et fortes ad nocendum Ideo dicitur in ps° Vim faciebant qui querebant animam meam Item fortes quesierunt animam meam Et alibi Irruerunt in me fortes de hac etiam potencia dicitur Job xli non est potestas super terram que comparetur ei: qui factus est ut nullum timeret omne sublime videt Ipse est rex super omnes filios superbie: Huiusmodi autem potestatem et superbiam maxime exercebunt in punicione malorum ipsos crudelissime affligendo Unde Eccli 39 Sunt spiritus qui ad vindictam creati sunt et in furore suo confirmauerunt tormenta sua